

te intendimus, non solum in hac parte, sed in aliis amplecti<sup>1)</sup> nostris specialibus gratiis et fauore. Et ea consideratione Tibi castrum dictum *Drewen*, quod a nobis et Imperio in feodum descendere dinoscitur, in feodum nobile et iustum, de speciali nostra beneuolencia conferimus, concedimus et donamus sic, quod alios quoscunque, qui idem Castrum a nobis vel Imperio in feodum tenebant, de ipso infeodare auctoritate nostra et Imperii valeas atque possis Accedente precipue eorundem Imperii Vasallorum beneplacito et assensu. In cuius collationis, concessionis et donationis<sup>2)</sup> testimonium presentes conscribi et sigillo Maiestatis nostre iussimus communiri. Datum *Papie*<sup>3)</sup> XXIII. die Junii. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Vice-simo nono. Regni nostri<sup>4)</sup> Anno Quinto decimo, Imperii vero secundo.

An rot- und grünseidner Schnur hängt das zerbrochene Majestäts-siegel. Das Rückiegel zeigt den einfachen heraldischen Adler.

(P.-Urk. im F. Reuß Hausarchiv Greiz, Inv. I. Sach 9 Nr. 6. — Rz. Gedruckt bei J. C. Lünig, Teutsch. Reichsarchiv XI [Leipzig 1715], 207 f. — B. Beckler, Illustre Stemma Ruthenorum [Schleiz 1684] 281 f. G. Chr. Krenzig, Beiträge zur Historie der Chur- und Fürstlich Sächsl. Lande, 4. Teil [Altenburg 1758], S. 438 f. R. D. Naumann, Blicke in Treuens Vergangenheit [Treuen 1877], S. 13.)

CCXCIX. 299

Kaiser Ludwig IV. (der Baier) bestätigt den Bögten Heinrich dem Älteren von Plauen, Heinrich dem Jüngeren, genannt Reuß, von Plauen sowie den Bögten Heinrich dem Älteren und Heinrich dem Jüngeren von Gera und den Bögten Heinrich dem Älteren und Heinrich dem Jüngeren von Weida, den hervorragenden Reichs-Ministerialen und edlen und würdigen Vasallen, ihre hergebrachten Lehen, Regalien und Rechte, namentlich die Lehns Herrlichkeit über ihre Mannschaft, über die Gerichtsbarkeit, Zölle, Münzen, Geleite auf den Straßen, die Jagd, die Fischgerechtigkeit und Bergwerks-berechtigung. Pavia, den 24. Juni 1329.

*Ludovicus Quartus Dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus Nobilibus viris Henrico Seniori Aduocato et Henrico Juniori Aduocato dicto Reuzce de Plawen nec non Henrico Seniori ac Henrico Juniori Aduocatis de Gera atque eciam Henrico Seniori et Henrico Juniori aduocatis de Wida, ac*

<sup>1)</sup> Krenzig und Lünig: complecti. — <sup>2)</sup> et donationis fehlt bei Krenzig. — <sup>3)</sup> Krenzig: Paue. — <sup>4)</sup> nostri fehlt bei Krenzig.